

Kreis

Warburg

S. 104

115 [8].

[3]

B. Bernhard (I.) von B. gibt mehrere Güterübertragungen (durch Tausch, Kauf oder Schenkung) an Kloster Willebadessen bekannt und stellt diesen Besitz unter den Schutz des Anathems.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus Dei gratia Patherb[urnensis] ecclesie episcopus. Quoniam decorum domus Dei et locum habitationis glorie eius diligere preceptis salutaribus admonemur, omnibus Christi fidelibus in commune laborandum est, ut in locis divino cultui dedicatis honor et obsequium Dei propensius instauretur, ut in illa celesti Jherusalem, que ex vivis lapidibus construitur, asseribi mereamur. Ea propter ecclesiam in Wilbodessin Dei dextera, ut speramus, plantatam omni studio promovere volentes omnibus Christifidelibus notum esse volumus, quod Hartmannus quidam habuit domum in Rickerssin a Heremanno de Helmeren, Heremannus a Bertoldo de Everscutte, Bertoldus a me, qui eandem domum michi resignavit et ego eam ecclesie Wilbodessin tradidi. Predicta autem ecclesia ad iustum concabium faciendum domum, quam habuit in Silenghusen, michi resignavit, quam ego Bertoldo, Bertoldus Heremanno, Heremannus Hartmanno in beneficium concessit. Duos mansos a Conrado et uxore et filiis suis de Hemedessen emit eadem ecclesia in Rikersin et ibidem duos mansos a Conrado de Helmeren et unam a Helmigo et alium a Wernhero. In Sidegotesin mansum unum dedit eidem ecclesie Bertoldus de Helmeren cum consensu heredum suorum; ibidem dedit in Witheroldus de Herse premium quoddam pro quinque mansis in Edinchusin. Unam domum in Itsenhusen resignavit michi Theodericus de Northe pro octo talentis et ego eam eidem ecclesie dedi. Aliam ibidem redditum michi Ida pro decem talentis et ego eam prefete ecclesie contuli. Abbatisse de Hersen dedit eadem ecclesia domum in [Vol]kersin et duos mansos in Erpissin pro domo una in Rickerssin. Mansum unum emit in Wellethe pro XV talentis a quodam . . .<sup>1</sup> cum consensu heredum suorum. Hec igitur utile et rationabiliter eidem ecclesie collata, si quis [ab ea] auferre presumpserit, perpetui anathematis vinculo se noverit innodatum et nisi resipuerit, cum Juda proditore perpetui ignis supplicii punitendum. Acta sunt hec an[no ab in]carnatione Domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>L . . . sepe memorandi Bernhardi anno XXXI.

Orig. — Das aufgedrückt gewesene Siegel liegt abgelöst und in Beutel eingenäht bei.

<sup>1</sup> Für den Namen Platz gelassen.

Die Urkunde ist durch Löcher, Bruch und Abreißen stark beschädigt, die Schrift sehr verblaßt. — Sie ist gleichsam die Fortsetzung jener von 1158, Idus Aprilis (bei Erhard a. a. O.), und nach dieser anzusehen, weil in ihr schon